quinta uel sexta que superius dictis opposite sunt. Ad hec po
steri propter denarii numeri perfectionem quod etiam pytagore
complacuit medietates alias IIII addiderunt. Ut in his
proporcionalitatibus denarie quantitatis corpus efficerent.
Secundum quem numerum et priores V habitudines comparationesque
descripte sunt ubi V maioribus proportionibus quos uocaui
mus duces minores aptauimus alios minores quos comites
diximus. Inde etiam in aristotelica atque archite per X predicamentorum
descriptione pytagoricum denarium manifestum est inueniri.
Quandoquidem et plato studiosissimus pytagore secundum eandem disputati
onem diuidit. Et architas pytagoricus ante aristotelem licet
quibusdam sit ambiguum, X hec predicamenta constituit. Inde
etiam decem librorum particule. Verum alia prouulta. que omnia persequi
non est necesse.

nunc u.

Liber sancti martini de Gargo. Qui subtraxit.
anathema sit. amen.